

ne, Benefactoribus cuiusq; generis gratias solenniter age-
re, & Vale ultimum dicere.

Quem actum cùm aliquanto frequentius celebrari
magnopere cupiam: Viros literatæ Virtutis, Patronos,
Cultores & Fautores, eà, quâ par est, animi submissione ac
reverentiâ majorem in modum rogo, ut tantum dent Pie-
tati & Philomadia SCHERZII ac subtractum publicis
privatisq; negotiis sesquihorium illi benevolè audiendo
tribuant. Gaudebit eo favore plurimum Cliens Bonorum,
quem dixi, ut q; alia Eorum beneficia, sic & hoc ipsum gra-
tâ memoriâ nunquam non prædicabit. Alii præterea bâc
benevolentia & bonore lit. ris habito ad similia Philomad-
ias, Philadelias, iaq; euχaρισias stadia ingredienda, pe-
deq; irretorto decurrentia, incitabuntur.

Ego verò, quod in me erit, declaratam mibi meisq;
promptitudinem nullo non officiorum genere demereri ac
pensare sedulò studebo. Quâ in sententiâ Viros Magnos,
Claros, Doctos, Bonos, in DEO feliciter valere, Invidiâq;
majores florere jubeo. Scriptis Zittaviæ Lusatiorum XII
Cal. Aprilis Anni MDCLVI.

Optima beneficiorum custos & ipsa memoria beneficio-
rum & perpetua confessio gratiarum. Chrysost. super
Mattb. hom. 25.